



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXVI. Markgraf Ludwig d. R. verschreibt dem Betkin von der Ost das
Angefälle der Besitzungen der von Kremtzow, am 11. November 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

rimus quinquaginta Marcas argenti Brandenburgensis et ponderis ob id etiam, ut ad castrum seu domum ipsorum Driefen nobis ac nostris pro singulis nostris necessitatibus et indigenciis semper accessus ac introitus pateat liberalis, singulis annis in pensione precaria seu contributione ciuitatis nostre Fredeberg integraliter ipsis dandas, a nobis quoque dicte Civitatis contributionem in antea libere tenendam, percipiendam et pacifice tollendam terminis consuetis et possidendam. In cuius testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes hujus sunt viri nobiles Ulricus Comes de Lyndow, Guntherus Comes de Schwartzburg, Fridericus de Lochten, Hasso senior de Wedell, Johannes de Buch, Henningus de Vchtenhagen, Henningus de Wedell cum pluribus fidedignis. Datum in Frankenfort, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, in die beati Martini.

Nach einer Abschrift in L. N. v. Berner's gesammelten Nachrichten Bd. 1, p. 70.

XXVI. Markgraf Ludwig d. N. verschreibt dem Bethin von der Ost das Angefälle der Besitzungen der von Kremtow, am 11. November 1350.

Noverint etc. quod nos Ludovicus etc. intuitis meritis et fidelis obsequiis, nobis per strenuum militem Bethkinum de Ostb, fidelem nostrum dilectum, exhibitis et adhuc fideliter exhibendis, eidem et suis heredibus contulimus et presentibus conferimus devolucionem omnium bonorum Henningi et Iudekini, nec non aliorum dictorum de Cremmetzow, residencium in Hermentorp, camentam et curiam ibidem sitas, mericam et ligna predictis de Cremtzow pertinencia; sic quod memorati Bethkinus et sui heredes premissa bona, si ipsos de Cremtzow obire contingeret heredibus non relictis, debebunt in antea perpetuis temporibus pacifice possidere. Dantes eidem de Ost stagnum dictum wuffow, quod pertinet ad dictos de Cremtzow, prope dictam villam situm, iusto perpetuitatis titulo possidendum. In cuius etc. Testes Lindow, Buch, Hasso senior de Wedel, Jo. de Wedel. Datum Bernow, in die Sancti Martini.

Aus Sachwischer Abschrift.

XXVII. Markgraf Ludwig d. N. vereignet den Augustinern zu Friedeberg mehrere Besitzungen, am 17. November 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. Cupientes fore participes bonorum operum, que per religiosos heremitas fratres ordinis sancti Augustini in Fredeberg, caminensis diocesis, deo sedulo exhibentur, eidem fratribus presentibus et futuris damus et solempni donacione dona-